



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 9011826X**

§. 22. Pragæ fit sedes Metropolitæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

Sæcul. XIV.  
A. C. 1344.

Archiepiscopo Trevirensi, Joanne Rege Bohemiæ, ac filio ejus Carolo Moraviæ Marchione consilia contulit: quorum effectus patuit duobus post annis.

## §. XXII.

*Praga fit sedes Metropolitana.*

Bal. vit.  
p. 252.

Sup. lib. 94.  
§. 46.

Rayn. 1340.  
n. 16. 17.

Sed eodem anno 1344 pridie Calendas Majas Papa vehementer orantibus Rege Joanne ac Marchione Carolo Pragam, ubi hæctenus residebat Episcopus Moguntino subjectus Præfuli, in posterum voluit esse Sedem Archiepiscopi: cui ut Suffraganeos daret, Litomerinum Præmonstratensis Ordinis & Pragensis dioceseos Abbatem cum successoribus ejus ad pontificiam dignitatem evexit; & a Magdeburgensi provincia sejunxit Olomutium Moraviæ, ac Misniam Saxonie urbes. Ad desiderium Regis Bohemiæ accessit singularis ratio minuendi auctoritatem Moguntini Archiepiscopi, quod Henricus Busmannus sedem tunc illam tenens a Ludovico Bavaro stare. Idcirco illius jurisdictione Pragensem Episcopum tres abhinc annos exemerat Benedictus XII per diploma 23 Jul. 1341 editum: & postea, cum Rex Joannes filio suo Carolo, quo certiolem ei successionem in regno Bohemico redderet, imponi coronam vellet, Papa id facere Pragensem

genssem Episcopum jusserat, per litteras Sæcul. XIV.  
 15 Oct. eodem anno datas, etsi hæc fun- A. C. 1344.  
 ctio ex veteri more ad Moguntinum Ar-  
 chiepiscopum pertineret: sed interdictus  
 erat administratione sui muneris: & Cle- Rayn. 1343.  
 mens VI rem continuans 17 Oct. 1343 ei n. 62.  
 præceperat, ut intra quatuor menses se  
 ipsi sisteret.

Primus Pragæ Archiepiscopus evasit Dluge.  
 Ernestus Parduvianus, qui Episcopus e- p. 1073.  
 jus fuerat; & cui Papa 25 Aug. pallium  
 misit. Eodem in senatu pridie Calen- Rayn. 1344.  
 das Majas habito Papa civitatis, & pon- n. 64.  
 tificiæ sedis honore insignivit Algeziram Id. n. 51.  
 Andalusie urbem, quam Rex Alphonfus Bal. not. 871.  
 nuper Mauris Granatensibus ademerat.

§. XXIII.

*Papæ reservationes negligit  
 Anglia.*

Eduardus III Anglorum Rex Andream  
 Oxoniensem sacelli sui Clericum ad  
 Papam Clementem misit cum epistola,  
 cujus hæc erat summa: In magnas me  
 adduxisti angustias, dum reservatum ar-  
 bitrio tuo episcopatum Norvicensem Gui-  
 lielmo Barcmano contulisti, contra sena-  
 tusconsultum in mea olim curia pro con-  
 servandis meæ coronæ juribus factum:  
 ut tibi meæ, Nobilium, populique Angli-